

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiae. I. II. III.tia**

**Burghaber, Adam**

**Fribvrgi Brisgoiæ, 1665**

42. Georgianvs ex errore vincibili purans diem proximè instantem Sancti Iosephi non esse festum, absque peccato deinde omittit Sacrum, nihil amplius de hoc audiendo cogitans.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40942**

Selectorum Casum Conscientiae. 505

pœnitens commisit, licet ob ruditatem suam exprimere nequeat. Ad 3. Directè in hoc casu remitti offensam diuinam, in qua omnia peccata in specie convenient, ideoq; etiam remittuntur aliquo sensu indirectè, licet postea explicitè confitenda sint, si in specie occurràt, & hoc sufficit ad essentiam Sacramenti. Ad Suarez, Coninck, & Lay; dicimus, si speculatiuè verum est, Gertrudem absolui posse, ut ipsi concedunt. Ergo etiam practicè. Nam in re moralitunc solùm dicitur aliquid speculatiuè verum, & non practicè, quando id, quod in speculatione consideratur, non potest exhiberi in praxi, quin aliqua contingat variatio: at verò quando omnino invariatum potest reduci ad praxin eâ ratione, quâ consideratur in speculatione, uti fit in præsentì, si speculativè verum est, practicè quoque verum censi debet.

XLII. Georgianus nuper triduo ante diem S. Iosephi ex errore vincibili sibi persuasit, predictum diem S. Iosephi Monachij in Bauaria non celebrari festiuè, cum tamen iussu Serenissimi & Reverendissimi Principis & Episcopi Frisingensis hoc anno festiuus ex omnibus Cathedris fuerit iam indicitus; adueniente igitur ipso die Iosephi omittit Sacrum, nullā tunc amplius habens cogitationem de festo. Quaritur. An peccarit, non quidem actu, sed habitu agens contra conscientiam?

Videtur peccasse. Ita Rodriquez Tom. I.

*Sum. c. 71. n. 2. Medina l. 2. q. 19. art. 6. vers.  
sed numquid. & plures alij. Quia iudicium il-  
lud seu persuasio vincibiliter errans non fuit  
reuocata. Ergo moraliter manere, & contra  
illam agi censetur.*

Resp. Georgianum non peccâsse. Ita Azor  
Tom. I. *Instit. Moral. l. 2. c. 8. q. 12. Sanchez. l. 1.  
in Decal. c. 11. n. 7. Vasquez, Salas, Præposit. &  
alij. Ratio est, quia omissio Sacri non potest  
oriri à voluntate, & persuasione præterita, cū  
neutra harum nec in se, nec in effectu ampli-  
us existat. Ergo non potest ab illis malitia ali-  
qua in omissionem deriuari.*

Confirmatur. Si aetius censetur manere  
moraliter, & denominare opera subsequen-  
tia, dum non retractatur, ergo infidelis, qui  
omnia sua opera in honorem idoli retulisset,  
peccaret semper deinceps peccato infidelita-  
tis, quod est absurdissimum. Non obest, tem-  
pus præcessisse, ut ait Medina; nam dilatio  
præcisè non potest auferre perseverentiā mo-  
ralem persuasionis & voluntatis.

Atque ex his patet etiam ad rationem in  
oppositum.

XLIII. *Georgia famula nullam quidem pe-  
culiare curam domūs gerit sibi commissam, in-  
terdum tamen mittitur ad penum; quoties autem  
ēpsa intrat, simul illuc irrepit Georgius eiusdem  
herifamulus, & aliqua inde non exigui pretij fur-  
zim aufert. Nunc iste ausfugit: illa vero anxia ha-*  
*ret,*